

§. 27. *de usur.* Ideo verum est, solas res corporales tradi posse, quia ipsæ solæ tangi possunt sui natura, §. 1. *de Rebus corporal.* & *incorporal.* & ideo etiam possideri, L. 2. pr. *de acquir.* l. *amitt. poss.* L. 10. ff. *si servitus vindicetur.* L. 28
 §. 5. *Ex quibus causis majores.* In rebus vero incorporalibus patientia pro traditione est. *Stuck, Exercitat. Inst. part. 2. Decad. 4. assert. 8.*
Lit. E. Anton. de Amat. Resolut. 95. num. 20.

Th. IV.

Est vero traditio vel vera & propria, quæ in rebus mobilibus fit de manu in manum: in rebus soli inductione in possessionem, ipso tradente & inducente, & quod ad ipsum decedente, L. 78. §. *fundum de contrah. emptione.* L. 5. *de vi & vi armata* L. *fundi 33. de acquir. poss.* vel ficta. Fictè variæ res traduntur. 1) Si quis rem quam tibi commodaverit, aut apud te deposuerit, postea ex aliqua alienationis causa suam esse patiatur. §. 44. *Inst. de R. D.* L. 9. §. 1. L. 21. §. 1. *de acquir. Rer. Dom.* 2) Si rem illam, quam mihi debes, aut aliam rem, in conspectu meo reponebere jubeam. L. 79. *de solut.* 3) Si debitorem meum jussero id, quod mihi debet ex causa alienandæ rei tibi tradere. L. 15. pr. *de rebus cred.* L. 2. §. 21.